

Prilog za povjest zagrebačkih sinoda u XV. i XVI. vieku.

PRIODČIO PRAVI ČLAN IVAN TKALČIĆ.

*Predano u sjednici filologičko-historičkoga razreda jugoslavenske akademije
znanosti i umjetnosti dne 15. ožujka 1884.*

U koliko je diecezanskim sinodam omjeren djelokrug u vjerskih stvarih spram ustanovam celokupne crkve, u toliko im je opet dozvoljen obsežan rad u onih pitanjih, koja se tiču ustroja same dieceze, kao n. pr. o podignuću i razdiobi župa, o školstvu, o naobrazbi puka, o izkorjenjenju sujevjerstva itd., a tim zavriede one, da se ubroje u spomenike za povjest kulture. Iz toga indi gledišta doprinosim evo nešto o trih sinodah zagrebačkih iz XV. i XVI. vieka.

Da je i prije ovih sinoda bilo u biskupiji mnogo starijih, bez svake je sumnje, za biskupa Kazota bar (1303—1322) veli suvremena bilješka, da je držao sinodu u Zagrebu „sequentes autem festivitates festari sunt precepte in synodo per felicem et beatum patrem dominum Augustinum quondam zagrabiensem, novissimis temporibus videlicet episcopum“; ali zaključci ove sinode propali su.

Prema tomu najstarije poznata bi nam bila ona sinoda, koju je u XV. vieku, ili g. 1471, sazvao biskup zagrebački Osvaldo, i o kojoj viesti na prvom mjestu priobćujem. Već je g. 1467 pozvao taj biskup svoje svećenstvo na sinodu, no prepriečen, kako veli: „pluribus et arduis negotiis nunc occurrentibus disponendis apud maiestatem regiam“; dok ju napokon sazvao g. 1471 na nedjelu poslie svetkovine Stjepana kralja.

Članci ove sinode nisu se sačuvali, ali nam ti spisi predočuju ipak u kako se je nevoljnom stanju nalazila biskupija zagrebačka u ono doba. U prosvjedu stvorenom na toj sinodi i upravljenom rimskoj stolici, tuži se sakupljeno svećenstvo i na svoga biskupa, da nije botio osobno prisustvovati ovoj sinodi, a osobito pako gorko jadikuje na biskupove ljude i to na Petra Gudavca, upravitelja biskupskih dobara i podbana Ladislava Grebenskoga, koji su za vrijeme same sinode svećenike plienjali, dà treći dan, kada se je sinoda svršila, provalili su buzdovani i oružjem u stolnu crkvu, te su mnoge od njih do smrti izranili.

Viesti ob ovoj sinodi, koje su upisane u latinskom glossariju, koj se nekoč nalazio u arhivu prebendarskom, a sada nalazi se u arhivu jugoslavenske akademije. prvi put sada iznose se na svjetlo, a služiti će kao prilog k razjašnjenju onodobne povjesti.

Drugi prinos, koj se nalazi u kaptolskom arhivu, sadržava samo red, kakovim se na 19 i sljedećih dana mjeseca veljače g. 1570, za biskupovanja Draškovićeva, držala sinoda u Zagrebu. U tom redu to je važno za nas, da se je po odredbi biskupovoj za vremena same sinode morala pjevati u stolnoj crkvi misa hrvatskim jezikom.

Napokon treći prinos, koj se nalazi u nadbiskupskom arhivu, donosi imenik onih osoba i župnika, koji su mjeseca ožujka g. 1574 prisustvovali sinodi, koju je sazvaio opet biskup Drašković.

I ovaj imenik osoba i župa važan je za domaću povjest, jer tu se spominju i popi glagoljaši, kao domaći svećenici; a drugo, kada bi se taj imenik župa prisposodio s onim od god. 1501 (Starine IV) razabralo bi se u koliko su turskom provalom u našu domovinu postradale župe ove dieceze.

I.

Insinuacio synodalis.

(18 martii 1467).

Osvaldus dei et apostolice sedis gracia episcopus ecclesie zagrabiensis. Universis et singulis religiosis, venerabilibus, honorabilibus ac discretis et circumspectis viris, dominis abbatibus, prioribus, prepositis tam regularibus quam secularibus, lectoribus, cantoribus, custodibus, necnon archidiaconis ceterisque canonicis, tam dicte cathedralis zagrabiensis quam collegiate chasmensis ecclesiarum nostrarum, vicearchidiaconis, aliisque beneficiatis sed et presbiteris, gracionis quibuscumque in et sub diocesi nostra zagrabiensi ubilibet constitutis et commorantibus presencium noticiam habituris salutem in domino benedictione cum paterna. Quum sanctorum patrum canonica sanxit auctoritas antistites synodalem clero sue dyocesis celebrare congregationem, ut per salubres exhortaciones, constitutiones synodales et canonicas moniciones vicia extirpentur, virtutes inserantur, reprimantur actus noxii et discipline equitatis norma dirigatur, status ecclesiasticus et persone ecclesiastice reformentur. Ne igitur de manibus nostris, qui in partem sollicitudinis divina miseracione vocati sumus, subditorum nostrorum sanguis in districti iudicii examine requiratur, habita superinde unacum venerabilibus et circumspectis viris dominis de capitulo prefate ecclesie zagrabiensis, que a multo tempore legitimo fuit orbata pastore, salubri et matura deliberacione induximus et tenore presencium inducimus promulgandi sanctam synodalem congregacionem anno in presenti in ipsa ecclesia nostra zagrabiensi die dominico proximo post festum beati Georgii martiris proxime venturo videlicet vicesima sexta die mensis aprilis et aliis diebus ad id aptis et sufficientibus annuente

domino per nos, aut si arduis regni Maiestatis fuerimus prepediti negociis per ydoneos viros quos illac deputare et transmitters curabimus celebrandam. Universitatem itaque vestram requirimus, hortamur et per hec scripta monemus primo, secundo, tercio, perhemptorieque et canonice, nichilominusque vobis et cuilibet vestrum in solidum in virtute salutaris obediencie et sub penis et censuris ecclesiasticis in sinodo, more alias solito, in dicta nostra ecclesia zagrabiensi celebrata in absentes et contumaces infligi et promulgari consvetis, districte precipiendo mandamus, quatenus ad veniendum et ad representandum vos personaliter ad eandam sanctam synodum preparatis et in prefato die dominico post festum beati Georgii martiris et aliis diebus ad id aptis et sufficientibus et immediate sequendis; quemquidem terminum vobis omnibus et singulis supradictis viris ecclesiasticis et vestrum cuilibet cuiuscumque gradus, ordinis, condicionis, dignitatis et preeminencie existant pro primo, secundo, tercio et peremptorie tercio canonicaque monicione in hiis scriptis assignamus celebracionem eiusdem sancte sinodis interesse in propriis personis vos representare studeatis, statuta synodalia pia monicione ac exhortaciones salutiferas ibidem proponendas audituros et diligenter attenturos, et tandem domino cooperante et sermonem confirmante effectualiter adimpleturos; et ne aliquis vestrum ignoranciam de premissis quoquo modo allegare valeat, presentes litteras nostras valvis dicte ecclesie nostre zagrabiensis publice affligi mandavimus, ut ad cunctorum noticiam contenta in eisdem possint patulo pervenire. Preterea mandamus, ut horam et singula archidiaconi dicte ecclesie nostre per se vel per alios vicearchidiaconos prout expediens fuerit plebanorum suorum et aliorum, quorum supra, faciant noticiam pervenire. Datum Bude decima octava die mensis marcii. Anno domini MCCCCLXVII. Albertus de Nagywath, notarius in premissis.

Prorogacio sinodalis ex causis rationabilibus.

Oswaldus etc. Universis et singulis dominis abbatibus, prepositis, lectoribus, archidiaconis, canonicis katedralium et collegiatarum ecclesiarum, aliisque plebanis et ecclesiarum parochialium rectoribus in et sub tota dyocesi nostra zagrabiensi ubivis constitutis et existentibus salutem et paternam in domino benedicionem. Quamvis nuper debita sollicitudine officii pastoralis moti ad laudem et divini nominis honorem ac status ecclesie nostre zagrabiensis, pariterque tocius dominici gregis ex alto nobis crediti reformationem, celebracionem sancte sinodi in dicta nostra ecclesia zagrabiensi fiende decrevimus certum ad hoc et determinatum tempus, scilicet dominicam proximam post festum beati Georgii martiris deputaverimus, vobisque et vestrum cuilibet devocioni in virtute salutaris obediencie et sub excommunicacionis pena, premissa canonica monicione, mandamus aliis litteris nostris patentibus in valvis pretacte ecclesie nostre publice affixis mandaverimus, et die et loco supradicte sancte

sinodi et cuius celebracioni interesse deberetis et personaliter tene-remini; tamen pluribus et arduis negociis nunc occurrentibus disponendis apud maiestatem regiam de suo mandato longiori quam sperabamus tempore necesse habuimus occupari, ut per hoc tam rebus regni publicis, quam sue Maiestatis honori ad beneplacita obsequeremur, ac postremo ecclesie nostre pariter et nostrorum subditorum comodo consulere et statum pacificum parare possemus. Hiis et aliis iustis et racionalibus causis, nos hic detinentibus cum in termino supradictarum litterarum nostrarum expressato predictae synodo et eius celebracioni personaliter interesse nequerimus, ad tercium diem ascensionis Domini proxime venturum, qui erit nonus dies mensis Maii deliberavimus differendum et defferimus per presentes, quo die et termino favente Domino, dictam celebracionem sancte sinodi disposuimus perficiendi. Vobis igitur dominis supradictis in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena, monicione canonica premissa, firmiter precipiendo mandamus quatenus ipso die tercio predicti festi Ascensionis dominice in ecclesia nostra zagrabiensi in huiusmodi sancte synodo et eius celebracioni iuxta continenciam aliarum litterarum nostrarum, vobis, ut premisimus, publicatarum, comparere et interesse debeatis. Vos vero domini archidiaconi supratacti hanc nostram prorogacionem omnibus plebanis in vestris archidiaconatibus constitutis citissime publicare et notificare teneamini, aliud non facturi. Datum Bude, feria secunda proxima ante festum beatorum Tiburcii et Vale(riani); etc.

Alia insynuacio erat facta per dominum episcopum Oswaldum ad celebrandam synodum, videlicet post festum beati Stephani regis, die dominico; sed ipse dominus episcopus eatenus occupatus negociis regis etc. fuit ista prorogacio facta, ut supra, anno domini MCCCCLXXI; sed intimacio fuit facta circa festum Georgii martiris, eodem anno.

Item. 3a insynuacio synodalis facta est in die Mathie apostoli, anno domini MCCCCLXXIII ad celebrandum sanctam synodum dominica qua canitur in ecclesia „Misericordias domini“, eodem anno.

Appellacio pro parte universitatis plebanorum dyocesis zagrabiensis.

Cum appellacionis remedium in relevamen oppressorum vel verisimiliter opprimi formidantium a sanctis patribus et utriusque iuris doctoribus, sumpmorum pontificum auctoritate fulcitur et alias canonice sit institutum, ut ea, que commune ius fierent, ipsius auxilio reformatur et in statum debitum instituantur. Proinde coram vobis venerabilibus et honorabilibus et discretis viris hic presentibus et astantibus et tam notario publico, tamquam autentica persona legali et fideli, nos universi et singuli vicearchidiaconi, plebani, hospitalium et altarium rectores per totam dyocesim zagrabiensem ubilibet existentes et constituti, animo et intencione provocandi et appellandi annuimus et apponimus et allegamus, appellamus et appellando deducimus et hiis quibus interest et interesse

poterit quemlibet in futurum, gravi proponimus cum querela: quod, quamvis reverendus in Christo pater et dominus, dominus Oswaldus, dei et apostolice sedis gracia episcopus zagrabiensis, prelatus noster, iuxta sanctorum patrum instituta hiis diebus sanctam indixerit toti clero sue diocesis, et signanter nobis plebanis, sinodum celebrandam. Nosque eidem obedire cupientes, tamquam domino et prelato nostro ipsi sinodali celebrationi interfuissemus et ut teneamur cum gaudio expectabamus presenciam ipsius prelati nostri, nondum congregati sive visi, quod videlicet huiusmodi sinodali celebrationi personaliter interesset, defectusque nostros attendisset et ipsis, uti pater noster, gracie occurrisset, vel saltem aliquos speciales viros doctores et magistros pro informacione et reformacione tocius status clericalis sue dyocesis distinasset. Tamen ipse reverendus pater, dominus et prelatus noster predictus, assumpta quadam occasione se a prefata sancta sinodo absentandi, per ipsum modo predicto instuta, non doctores sed seductores, non tirones sed tyranos in villipendium ac oppressionem tocius cleri in medium nostri destinavit, egregios videlicet et nobiles viros, si dici merentur, Petrum de Gwdowcz, vicarium temporalem; Ladislaum de Greben, vicebanum; Gregorium de Fodorowcz, Anthonium Kopyncz, Petrum de Bykzhad, Janko de Miketyncz, Georgium Briga, Hermannum de Chawa et Georgium Susicza cum ipsorum complicibus, familiaribus videlicet suis. Cumque nos universi et signanter plebani et alii beneficiati predicti pro audiendis sermonibus et aliis erudicionibus salubribus accipiendis, in ecclesia katedrali sancti regis Stephani reclusi fuisset, ne laycalis severitas in contemptum cleri nos modo premissis congregatos invasisset, et quidam satellites nepharii familiares videlicet predictorum nobilium ipsorumque conservi iussu atque mandato ad hospicia nostra propria temeritate irruissent, et ibidem in domibus hospitem nostrorum, seris confractis, res et bona nostra recepissent et receperunt et quo ipsorum perniciose voluntati placuisset convertissent et converterunt in preiudicium et dampnum nostrum et dedecus gravissimum; sacerdotes propterea, qui se ab huiusmodi sinodali congregacione absentassent querentes, et cum non invenissent, duos saltem, unum ecclesie parochialis zagrabiensis cappellanum pro audiendis confessionibus ad infirmum communicandum cum sacramento exivisset, divini sacramenti irreveriti, sacerdotalisque dignitatis immemores, ipsum ad villissimam tunicam, libro breviarii, pecuniis et aliis rebus circa ipsum repertis spoliarunt; secundum vero sacerdotem, qui tunc magnam missam celebravit, dum pro necessitate naturali, peracta missa exivisset, similiter captivaverunt et spoliarunt, resque ab eis ablatas retinent adhuc de presenti. Et cum iuxta consvetudinem diucius in huiusmodi celebratione sinodali observatam ad accusationem testium sinodalium sacerdotes et alii clerici iuxta eorum merita, ut repremiarentur, et demerita ut corriperentur, pronunciarentur, iam fati laici cum suis complicibus, qui de consvetudine eciam ac iurisdiccione criminalia clericalia ipsis patefierent non debuissent interesse eciam contra prohibitionem reve-

rendi in Christo patris et domini Stephani dei et apostolice sedis gracia episcopi geurenensis et gubernatoris abbacie in Kapornak, prefati domini Osvaldi episcopi in pontificalibus vicarii generalis, ac in persona ipsius domini Osvaldi episcopi eiusdem sacre synodalis congregacionis residentis, tociusque venerabilis capituli zagrabiensis prohibicione de mandato doctorum, clericorum et plebanorum congregacionis videlicet nostre exire nolentes, videntesque et audientes certorum sacerdotum propter crimina detentatos, risus et caphinos elevantes, sacerdotes omnes et singulos deridebant, dumque nos plebani prescripti ultra communem diuturnam et approbatam consuetudinem in ipsa sacra sinodali diucius tenemur, volentesque in eo mandatis prefati domini Stephani episcopi presidentis, ut finem videremus obtemperare, dum ultimo die videlicet die Martis post diem Ascensionis domini proxima, ad locum ecclesie prenotate solito, ad sonum magne campane quod erat nobis mandatum, statim facto prandio convenissemus, foresque ecclesie, ne dicti sacerdotum inimici, laici videlicet et persecutores intrarent, claudere voluissemus, ac quosdam certi ex nobis ratione premissorum spoliolorum ipsos laicos arguissent ut res huiusmodi ab ipsis ablatas benevole restitui requisissent, prefati laici cum complicitibus suis prenotatis, gladiis evaginati, balistis apprehensis, clavis ferreis arreptis, alii vero lapides in manu tenentes tamquam insensati cursu veloci nos pauperes et oppressos plebanos ymmo et dominos capitulares in dicta ecclesia inclusos, nullis nostris nec ipsorum demeritis exigentibus, sed potius animo inimicandi et malignandi invaserunt et cum supradictis ingeniis dire percusserunt et verberaverunt sic, quod quibusdam manus, quibus pedes, quibus latera, quibusdam dorsa immanissime verberaverunt eciam fere usque ad mortem; alios autemulneraverunt, quosdam in facie, quosdam in platis, quosdam in brachiis, sanguinem Christi sacerdotum crudelissime per totam effundentes ecclesiam, de quorum numero unus mortuus est, multi vero languentes mortem de die in diem prestolantur. Et dum hec reverendus pater, prefatus videlicet dominus Stephanus episcopus et presidens, pontificalibus indutus apparamentis, premissa sedare voluisset et ipsi sinodo finem cum benedictione imponere, sepefati satellites non solum ipsi domino ipiscopo neque altero clero dignissimo sed et corporis dominici in ipsorum aspectu existentis irreveriti, alios insultus peiores prioribus facere non eruberunt; et nisi ipse dominus Stephanus episcopus presidens in locum sacristie unacum certis dominis capitularibus reversus fuisset, non absque periculo sue dignitatis exivisset. Ex quibus omnibus sic nequiter patris infinita scandala in clero exorta sunt et ecclesie sancte iniuria gravissima. Hiisque maleficiis prescriptis non contenti prefati Petrus de Gudowcz, vicarius temporalis, Ladislaus de Greben, vicebanus, Gregorius de Fodorowcz et Petrus de Byksaad in Christi sacerdotes et eorum sanguinem sevientes quodam caritativum subsidium quod potius odiosissimum subsidium et proprie spoliolum dici debet, invenientes, quosdam ad decem florenos, qui vix duos; quosdam

ad viginti, qui vix sex; quosdam triginta, qui vix decem; quosdam ad quadraginta, qui vix quindecim dumtaxat sine lesione caritatis censerī debetur, dicaverunt, huiusmodi subsidium mandatum cum minis et machinationibus per nos pauperes solvere constituerunt; et cum ipsam summam exsolverimus, minas carceris et mortis imponere non cessaverunt. Decimas insuper colonorum et inquilinorum nostrorum nobis de iure et approbata consuetudine provenientes, abstrahentes, mense ipsius domini Oswaldi episcopi occupantes appropriaverunt, aliasque novitates, proprie tamen abusiones, invenientes, nos et universos clericos gravant et turbant, et in acceptionibus teloniorum, quod nunquam alias auditum fuerat in eundo et redeundo molestant, quibus si non obviabitur, timendum est, ne secte heresium latitantes in destructionem status clericalis et vilipendium sancte et universalis matris ecclesie orientur. Unde nos plebani totaque universitas clericalis prefati et oppressi exinde fore gravatos, timentesque in posterum plus posse generari cum ex preteritis verisimiliter presumitur de futuris, ad sanctissimum in Christo patrem et dominum, dominum Paulum, divina providencia papam secundum, eiusque sacrosanctam sedem apostolicam in hiis scriptis provocamus et appellamus, appellantesque primo instanter, secundo instancius et tercio instantissime nobis dare petimus, si quis sit eas nobis dare velit et possit, vel saltem a te notario publico, litteras testimoniales seu publica instrumenta, subicientes nos et omnia bona nostra mobilia et immobilia unacum nobis adherere volentibus, tui-cioni, proteccioni et obediencie sancte sedis apostolice antedictae; protestamurque quod hanc appellacionem nostram et gravamina in ipsa constituta prosequi volumus et prosequemur in termino nobis a iure concesso et limitato, quodque eam hiis et huic intimavimus, notificavimus, interponimus et publicabimus si et in quantum nobis publicus patebit accessus, alia que de iure facienda fuerint faciemus et protestamur eciam prout est emanatum iuris, ordinis atque stili, salvo iure addendi, minuendi, imitandi, corrigendi, alia que huic incumbunt et de iure sunt necessaria faciendi. — Stephanus de Marchus notarius in premissis.

II.

Ordo servandus in synodo, quae dominica Reminiscere proxima in hac alma ecclesia habebitur, an. 1570.

Sabbato ante dictam Dominicam circa horam completorii, singuli archidiaconi vicearchidiaconos et plebanos suos, qui tunc convenerint, eos vero, qui ipso sabbato non venerint, sequenti die, reverendissimo domino praesentare debebunt. Ibi reverendissimus dominus eos de quibusdam necessariis monebit.

Primo die agenda.

Die dominico Reminiscere in ipsa aurora ad matutinam missam pulsabitur, qua finita, *croatica lingua* ad summum altare de sanc-

tissima Trinitate missa decantabitur. Qua finita, statim summa missa de die cantabitur; post cuius finem (nam horae canonicae eo die et sequentibus duobus in sacrario per praebendarios dicentur) ad sanctam synodum pulsabitur et caeremoniae synodales in sanctuario scammis et tapetis adornato peragentur. Reverendissimus dominus suum faldistorium habebit ante sumnum altare, a dextris dominus electus quinqueclesiensis sedebit, a sinistris dominus prepositus Galgocensis. Post hos procurator abbatis Toplicensis. Mei domini capitulares a dextris et a sinistris iuxta suum ordinem ac senium sedebunt. Post capitulum sedebunt vicearchidiaconi secundum ordinem ac praecedens suorum archidiaconorum ita, ut vicearchidiaconi domini praepositi primum locum teneant, domini cathedralis, secundum; et sic deinceps. Postea sedebunt plebani secundum eum ordinem, quem a suis vicearchidiaconis servari viderint.

Tandem sedebunt Praebendarii et alii sacellani, qui aderunt. Regularibus autem separatus locus dabitur.

Praeterea erunt assistentes more solito, et duo, qui letaniam decantabunt, universo clero respondente.

Omnibus igitur sic rite dispositis, incipient synodales caeremoniae prout in pontificali continetur.

Quibus finitis, sublector orationem latinam habebit; qua finita reverendissimus dominus praecipua illa capita in sinodo denuo publicanda, latine, *sclavonice et croatice* scripta distribuet et ex suggesto in ipso sanctuario sito, explicare incipiet.

Quibus pro aliqua parte finitis et benedictione data, primae diei actus absolvetur.

Secundo die.

Summo mane, ut die precedenti, ad matutinam missam pulsabitur, qua finita, missa de patrono huius ecclesiae *croatica lingua* cantabitur. Postea summum sacrum cantabitur, quo finito, omnes sedebunt ut priori die et caeremoniae similiter peragentur. Quibus finitis reverendissimus dominus dictorum capitum explicationem continuabit lingua *vernacula*; quaequidem capita sive articulos plebani a suis vicearchidiaconis *sclavonica et croatica lingua* describere et perpetuo prae oculis habere tenebuntur.

His absolutis et benedictione data, secundae diei auctus finietur.

Tertio die.

In templum convenietur, sacra celebrabuntur ut prius, nisi quod *lingua croatica* missa non cantabitur. Sedebunt ut priori die, et si quid capitum residui fuerit, reverendissimus dominus explicabit; postea fiet processio ad aliquod vicinum templum.

Ac ubi processio reversa fuerit, caeremoniae incipient.

Quibus finitis, per dominum lectorem huius ecclesiae omnes ex registro vocabuntur, et singuli archidiaconi suos vicearchidiaconos et plebanos in medium adducere tenebuntur.

Ibi, exclusis omnibus secularibus, ad reformationem morum necessaria exhortatio proponetur.

Deinde benedictione data in pace dimittentur.

Die Dominico praedicto populus in catherali templo sacra, concionem vero in monasterio sancti Francisci audire poterit.

Sciendum etiam, quod iudices synodales singulis illis tribus diebus post prandium convenient, si quae causae emergerint, eas revidebunt.

Judices sinodales.

Reverendissimus dominus Quinqueecclesiensis, dominus vicarius in spiritualibus; dominus lector; archidiaconi: cathedralis, Bexin, warasdinensis (L. S.).

Georgius Heresinczy vicarius ecclesiae zagrabiensis de mandato reverendissimi domini episcopi et bani (m. p.).

Act. Cap. Ant. fasc. 95. nr. 16.

III.

Ordo et series Cleri dioecesis Zagrabiensis 8. Martii 1574.

Dominus Abbas de Topuzka. Dominus Abbas de Bela, vacat. Dominus Praepositus Galgocensis. Dominus Praepositus Vaska, vacat.

Capitulum zagrabiense secundum dignitates.

Dominus Praepositus zagrabiensis. Dominus Lector. Dominus Cantor. Praepositus Chasmensis. Archidiaconus Cathedralis. Archidiaconus Dubicensis. Archidiaconus Camarcensis. Archidiaconus Goricensis. Archidiaconus Kemlek. Archidiaconus Vaska. Archidiaconus Chasmensis. Archidiaconus Bexin. Archidiaconus Varasdinensis. Archidiaconus Vrbowcz. Dominus Custos.

Magistri:

Mathias Dombrensis. Christophorus Grania. Paulus Kralioczi. Dominus Petiniensis. Mathianus Varasdinensis. Caspar Ztankouachky. Michael Brumanus. Georgius Frulia est in studio. Ambrosius Pupchich. Philippus Zedinich. Michael Grabantich. Joannes Dombrensis. Nicolaus Mikaczius studet. Michael Jagussich.

Praebendarii:

Mathias de Filarkis. Paulus de Kudowcz. Nicolaus Rudnay. Blasius de Chasma. Bartholomaeus Huostarich. Georgius Fianchich. Georgius Zlobochini. Vincentius Persich. Georgius Jansechich. Georgius Zlivarich. Georgius Hoziak.

Nomina plebanorum

sub archidiaconatu D. Praepositi maioris.

Gora:

Plebanatus eccl. s. Crucis in Hwtyna, vicearchidiaconus, vacat. Plebanus Hraztovicensis. Plebanus in Zizek. Plebanus in Martonffalva.

Plebani abbatiae de Topozka:

Ecclesia parochialis in Topuzka, vacat. Plebanus in Boyych. Plebanus in Pokupia. Plebanus in Dobrava pokupzki. Plebanatus in Berkussevina, vacat. Plebanus in Oztrosyn.

Plebani in prioratu Auranae in eodem arch. Gora existentes:

Plebanus in Gora. Plebanatus in Sasyn, vacat. Plebanus in Mi-holya.

Visitatio archidiaconatus Zagoria:

Plebanus ecclesiae s. Nicolai episc. in Krapina. Plebanus ecclesiae ss. Trinitatis in Radoboya. Plebanus in Bednya. Plebanus in Kamenicza. Plebanus ecclesiae sub Lopor. Plebanus sub Oztercz. Plebanus ecclesiae sub Belec. Ecclesia parochialis in Zajezda vacat. Plebanus ecclesiae in Konzka. Plebanus ecclesiae in Macchye. Plebanus ecclesiae sub Komor. Plebanus ecclesiae in Zachretya. Plebanus ecclesiae in termis Crapinensibus. Plebanus ecclesiae in Desynch. Plebanus ecclesiae in Pregrada. Plebanus ecclesiae sub Koztel. Plebanus ecclesiae in Konoba.

Ecclesiae parochiales in et sub archidiaconatu Zagradiensi existentes visitatae per Georgium Petrovinai Arch. et Can. Zagrab.

Domini plebani citrazavani et ecclesiae ipsorum parochiales:

Ecclesia B. Virginis in area capitulari zagradiensi, plebanus R. D. Nicolaus Don, suffraganeus eius. Ecclesia b. Marci evangelistae in monte graecensi, plebanus D. Antonius archidiaconus Varasdinensis. Ecclesia s. Johannis baptistae in Nova villa, plebanus Bartholomaeus. Plebanus ecclesiae s. Emerici sub Medvewar, Lucas presbyter. Plebanus ecclesiae s. Crucis in Wrapcha Joannes presbyter. Plebanatus in Ztanocz vacat. Plebanus in Berdowcz. Plebanus ecclesiae in Puschia, Johannes presbyter. Plebanus ecclesiae s. Nicholai in Jablanowcz, Stephanus Atynai. Plebanus s. Trinitatis in also Ztubicza, Johannes presbyter. Plebanus s. Georgii in felsé Ztubicza Michael presbyter. Plebanus ecclesiae s. Petri in

Byztricza Antonius presbyter. Plebanus in Marochia Stephanus presbyter. Plebanus ecclesiae in Zelyna Vinczek glagolita. Plebanus in Cassina Marcus presbyter. Plebanus Vgrensis Petrus vicearchidiaconus. Plebanus in Chywcher. Plebanus ecclesiae s. Simonis et Judae sub montibus Michael Jagodich. Plebanus in Granosina Joannes glagolita. Plebanus ecclesiae omnium sanctorum Petrus presbyter. Plebanus in Cerye Thomas presbyter. Plebanus ecclesiae Omnium sanctorum in Oborovo Joannes Lectorych Capellae b. virginis in Nart administrator Joannes glagolita. Plebanus in Reznik Blasius presbyter. Administrator ecclesiae S. Petri in vico latino Blasius Gyurak.

Ultra Zavini.

Plebanns in Odra Gregorius presbyter. Plebanus ecclesiae s. Petri in Petrovy(na) Mathias presbyter glagolita. Plebanus ecclesiae s. Marci in spinis Mathias dalmata. Plebanus in Schitarie Marcus presbyter. Plebanus in Goricza Joannes glagolita. Plebanus in nova Chyche Mathias presbyter. Plebanus in veteri Chyche Vincentius dalmata. Plebanus in Vokovina Georgius dalmata. Plebanus in Peschenyca Georgius Ziziensis. Plebanus in Kravarzka Nicolaus Radinovich. Plebanus in Dobravacz Georgius presbyter. Plebanus in Iwanich Nicolaus presbyter. Plebanus in Kupchyna Lucas presbyter. Plebanus in Kupinacz Marcus presbyter. Plebanus sub Okich Joannes dalmata. Plebanus ecclesiae sancti Martini sub Okich Marcus presbyter. Plebanus in Zamobor Nicolaus presbyter. Plebanus in zent-nedelya Gregorius presbyter. Plebanus ecclesiae s. Georgii in Thuropolya Georgius presbyter. Plebanus in Brezouicza Michael Zegedinus. Plebanus s. Clarae ad Zavum Gregorius glagolita.

Sub prioratu Auranae.

Plebanus in Bosyak Gregorius presbyter.

Visitatio archidiaconatus Kemlek per Thomam Vereczi.

Plebanus ecclesiae s. Georgii in Rokonak Marcus vicearchidiaconus. Plebanus ad s. Joannem in Morawcha Bartholomaeus. Plebanus in Bizagh Mathias Plebanus ad omnes sanctos na Bednicha Martinus. Plebanus s. Nicolai in Hraschina Gazparus Fodoroczy. Plebanus in Vizoka Gregorius. Plebanus sub kis Kemlek Georgius. Plebanus sub nagy Kemlek Georgius. Plebanus in Miholcz Joannes. Plebanus Cripsiensis Lucas. Plebanus in Dobowcz Paulus. Plebanus in Prezeka Michael. Ad sanctum Petrum vacat. Ad Kuscherowcz vacat. Ad Rawen vacat. Ad Kaliez vacat. Ad sanctum Lerincz vacat. Ad sanctum Dionisium vacat. Ad novo mezto vacat.

Nomina plebanorum in archidiaconatu Bexin existentium.

Inter Dravam et Muram plebani:

Michael Bychich. Plebanus s. Michaelis archangeli prope Chak-tornia Paulus Zekel. Plebanus ecclesiae s. Georgii in Lopaticza Andreas Banych. Plebanus s. Magdalенаe in Strigo Joannes Kuakan. Plebanus ecclesiae s. Martini conf. Nicolaus Vamus. Plebanus s. Marci in Zelnycza Marcus Maiurich. Plebanus s. Martini in Zerdahel, Georgius presbyter. Plebanatus in Turnischae vacat. Plebanus s. Georgii in spinis Michael Vochych. Plebanus s. Viti mart. Francisus Czikonja. Plebanus ecclesiae s. Jacobi ap. in Prilok Georgius Brumanus. Plebanus ecclesiae b. virginis in Zlobotica Georgius Polczki aliter sutor. Plebanatus in Belicza vacat. Plebanus in oppido Nedelz Jacobus Hais.

Cis Muram plebani:

Plebanus in also Lyndva Caspar Dragachych. Plebanus in Zumbatel Benedictus presbyter. Plebanus s. Michaelis archangeli Joannes presbyter. Plebanus apud s. Georgium in Zentgerwolghi Benedictus. Plebanus in Kereztwr Blasius. Plebanatus de Kabalazentmarton vacat. Plebanatus s. Ladislai de zent Lazlo vacat. Plebanus in Bagonia. Plebanatus de Turnischa, vacat. Plebanus apud ecclesiam Dobrownik Ambrosius. Plebanus ecclesiae s. Nicolai de zent Miklos Franciscus presbyter. Plebanatus s. Joannis bapt. de Tormafelse vacat. Plebanatus s. Martini de Totfalu vacat. Plebanatus s. Marci evangelistae in montibus vacat. Plebanatus s. Georgii de Paka vacat. Plebanatus s. Nicolai de Gwterfelde vacat. Ecclesia s. Georgii in Zentgerg non habet plebanum. Ecclesia s. Venceslai non habet plebanum. Ecclesia s. Martini in Zerdahel vacat. Plebanatus s. Georgii in Oltarcz vacat. Ecclesia s. Joannis bapt. in Greche vacat. Ecclesia s. Martini de zent Marton vacat. Ecclesia omnium sanctorum in Pola vacat. Ecclesia s. Georgii de Letenie vacat. Plebanatus s. Petri in Tholmach vacat. Ecclesia omnium sanctorum in Zaik vacat. Ecclesia s. Martini de Magariat vacat. Ecclesia s. Martini de Prezenzeze vacat. Plebanatus s. Emerici de Gozthela vacat. Plebanus s. Georgii de Nemethi Stephanus Keczes vicearchidiaconus.

Nomina plebanorum in archidiaconatu Varasdiensi existentium.

Plebanus Varasdiensis Mathias Supanich vicearchidiaconus. Plebanus s. Marci evangelistae in Vinnica Georgius. Plebanus s. Crucis in Krisowlan Joannes. Plebanus s. Georgii in Marusowz glagolita Plebanus in Vidowcz s. Viti Gregorius. Plebanus s. Eliae in Obres Franciscus. Plebanus ecclesiae s. Martini in Biskupowcz, Mathias. Plebanus s. Bartholomaei Laurentius. Plebanus in Sonowcz Petrus. Plebanus in Toplicza Thomas. Plebanus ecclesiae s. Margarethae sub Bela Vincentius. Plebanus s. Georgii in spinis Petrus Haiduch. Plebanus in Lwdbregh Georgius. Plebanus in Iwancz.

Visitatio archidiaconatus Goricensis.

Nomina plebanorum:

Plebanus s. Nicolai in Jazka Bernardinus. Plebanus ecclesiae s. Georgii in Prigorie Vitus. Plebanus s. Annae in Podgorie Joannes. Plebanus ecclesiae s. Petri in Petrovina Petrus. Plebanus s. Georgii in Sypak Georgius. Plebanus ecclesiae Omnium sanctorum Mathias. Plebanus s. Viti sub Ozaly Petrus. Plebanus ecclesiae s. Crucis in Zauersye Nicolaus. Plebanus s. Heliae in Ribnik Nicolaus. Plebanus sub Nowigrad Lucas. Plebanus Radich in Bozilievo. Georgius plebanus in Lyppa. Plebanus in Lesche Antonius. Plebanus s. Petri in Mlaka Gregorius. Plebanus s. Martini in Goricza Nicolaus. Plebanus b. virginis in Velemerich Joannes. Plebanus in Tribinia. Plebanus in Ztrilche. Plebanus trium ecclesiarum Mathias. Plebanus s. Jacobi in Gaz Paulus. Plebanus ecclesiae s. Nicolai in Lwka Joannes. Plebanatus Dwbowcz vacat. Plebanus de Kerztinia Joannes. Plebanus de Zmerchkovich Petrus. Plebanus de Koranicza Michael. Plebanus de Budachki. Plebanus de Ztoimerich. Plebanus de Klokoeh. Plebanus de Radonia. Plebanus de Hwtyna Martinus. Plebanus de Gradacz. Plebanus de Verchkovich. Plebanus de Czetyń. Plebanus de Ladihovich. Plebanus de Turan. Plebanus de Zkrad. Plebanus de Koranyany.

Archidiaconatus Vrbowcz.

Ambrosius vicearchidiaconus plebanus s. Mariae in Tuhel. Thomas plebanus s. Georgii in Jezero. Mathias plebanus s. Annae in Ruzko. Georgius plebanus s. Catherinae sub nagy Thabor. Georgius plebanus s. Viti sub kis Tabor.

Nomina plebanorum sub archidiaconatu Kamarcensi:

Plebanus civitatis Kapronczensis. Plebanus in Zentgergwara. Plebanus in quadam insula prope Drawum. Plebanus in Czerovicza czent Miklos.

Plebaniae sub archidiaconatu Chasmensi:

Plebanus Iwanichensis. Plebanus s. Petri in Gradecz. S. Margarethae in Dombro.

(Anno 1574 fuerunt in toto parochiae 206).